



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Elzearivs Conf. 27. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. ELZEARIUS CONF. 27. Septembris.

**D**VXIT ELZEARIUS Gallus Comes Dalphinam. Dos rari precii fuit, virginitas, quam sacro sanctam uterque per omnem vitam habuit. Vidit hanc matrona à superis laudari sub gemmæ figurâ, quâ utique nulla etiam VIRGINIS dextra clarior est. Aliâ, omnium ordinum turmas legere Agni vestigia, & his signiferum præire ELZEARIUM. Iterum aliâ decumbentibus in thalamo medium assistere & reidentem Christum conspexit. Talia mirum virgo animus somnia alit. Iam familiae suae leges ELZEARIUS has fixit: *Sacris quotidie interserent: vitam castam agerent: post octavum diem animum expiarent: post mensem Epulo sacro reficerent: antemeridianum tempus pietati, pomeridianum labori darent: verbum vel impium vel obscœnum atropane & aquâ luerent: vetito ludi genere omni se abstinere: pacem non frangerent, fratrem illico resarcirent: horam denique quotidie piæ colloquis donarent.* Ipse quod irasci numquam vellet, jam non posse credebatur, sed verius lædi non poterat, ut qui habitare in Crucifixi vulnere se distabat. Caterum quod nescio cuius noxæ periculum adisset, Christus enim per totum carminis Davidici, quod quinquagesimum numeramus, decussum, flagellis cecidit. Quid hîc illi, qui ad peccandi pericula non eunt, sed currunt? Obiit demum mortem sub annû M . CCC . XX . III. cùm vitæ magistratû ut ipse Christus edixerat, MARIAM habuisset. Vestra vita, Sodales, qui eadem magistrâ gloriamini, dicite, cur est dissimilis? *Ex Surio.*

*Non solum à gravibus peccatis tempora, sed etiam ab illis, quæ levia apparent, quæ ferè negligi solent.*



27. Sept.

embris.

aphinam,

am facto-

it. Vidit

ae figura,

ra clarior

gere Agni

ym. It-

clium affi-

Talia ni-

amilia su-

ie inares-

um diem

cro refit-

omeridie

vel ob-

coludi ge-

erens, in-

notidie ju-

quam vel-

ladi non

tere se di-

ae pericu-

minis Da-

mus, decur-

peccandi

num inor-

magistrum,

iffet. Ve-

orianum,

, sed etiam

gligi per-

nia

28. Sept.

niq̄ solent quasi nulla de similibus reddenda  
fret ratio, cum per eiusmodi etiam nos perdere so-  
lent diabolus. S. Ephrem c. de Temperant.

S. THIEMO EP. MART. 28. Septembris

Natus in illustri Bojorum familiâ THIEMO,  
& in sinu sociorum D. Benedicti educatus,  
litteras omnes à primis annis imbibit. Addidit  
deinde pingendi fingendique & celandi artes.  
Tam doctum ille artifex dæmon pænè fecellit,  
cui fugam è cænobio persuasit. Sed acceptam  
ignominiam reversus mox novâ victoriâ obruit,  
& ut hanc probari à Superis scires, insequente  
nocte per somnum victori sibi deferri insulam Sa-  
lsburgensem & Martyrum palmam vidit. Nec  
multo pòst moriens Gebhardus Pont. heredem  
THIMEONEM dixit. Sed involavit in hanc Pseu-  
doepiscopus Berchtoldus, qui pro Imp. Henrico  
contra Pont. Greg. stabat. Hic captivo THIEMO-  
ni spem insulæ auferre cum capite voluit. Sed aut  
exerravit gladius, aut duriolem se cervicem de-  
prehendit. THIEMO modò palmam prehenderet,  
facile insulam missam facturus, elapsus è carcere  
Hierosolymam unâ cum Guelfone petiit. Sed à  
Turcis captus, cum statuariam artem professus  
esset, iussus est truncum & deformatum Maho-  
metis simulacrum splendori pristino reddere. Hic  
THIEMO malleum aliaque artis instrumenta pe-  
tere; mox, ubi hæc ad manus fuere, celebre &  
oraculis illustre idolum in mille alias partes de-  
formare, numquam doctius arte suâ usus. Nec  
premium artifici suo defuit, scuticis toxicatis cæ-  
co, omnibusque membris trunco venter discissus,  
baculoq; implexa ilia sede suâ cum corde evulla.  
Reliquie